



Nunc itaq; decet nūe-  
rare diuerſitates apparē-  
tis æqualiſq; motus fixo-  
rum ſiderum, incipiendo  
a motu trepidationis no-  
næ ſphære vnus grad⁹  
vſq; ad ſemicirculū id eſt  
vſq; ad grad⁹ 180, eiſdē  
trepidatiōis. In primis vi-  
delicet pro gradu vno ei-  
uſdem trepidationis de-  
inde pro motu trepidatis-  
onis duorum graduum,

poſt hæc pro trepidatione trium graduū & ſic deinceps in mo-  
tu huius trepidationis facta vnus continue gradus auctiōne  
quoad ſemicirculus id eſt circumferentia graduū 180, impleat̄.  
Repetatur ergo ſchema propoſitiōis xvi, cum omnibus in eo  
ſuppoſitis & deſcriptis, & primum ſubiiciatur a g, circumfer-  
entia parui circuli gradus vnus, igitur quadrantis a e, comple-  
mentum reliquum e g, erit graduū lxxxix, duorum ſignorū ſci-  
licet cōmuniū & graduū xxix. Cum his itaq; facto introitu ad  
tabulam præcedentem, ſub ſignis duobus in fronte eiſdem ta-  
bulæ ſcriptis & e regione graduū xxix a dextris atq; in prima  
columna ſcriptis excipiuntur gradus iii, minuta prima xxii, ſe-  
cunda lviii, id eſt eclipticæ a b c, decimę ſphære ſegmētum b i,  
quo dempto ex periferia a i b, eiſdem eclipticæ per conſtru-  
ctiōnem exiſtente graduū iii, minorū primorum xxiii, reman-  
ent minuta ſecunda ii, quæ in tabula diuerſitatum apparentis  
æqualiſq; motus fixorum ſiderum ſcribenda ſunt ex aduerſo,  
trepidationis primę vnus gradus. Deinde a g, ſegmento parui  
circuli ſuppoſito graduum ii, erit e g, complementum quadran-  
tis a g e, graduū lxxxviii, id eſt ſignorum ii, graduū xxviii, igit̄  
eandem tabulam ingrediendo ſub ſignis duobus & ex aduerſo  
ſo graduū xxviii, primæ columnæ eiſdem tabulæ comperis-  
entur gra. iii, m̄, prima xxii, ſecunda liii, ſegmenti b i, quo item